

ipso. Discipuli apposuerunt turbis
 quando perfecti predicauerunt ubique domino
 cooperante et sermone confirmante.
 sequentibus signis. Foenum in quo discubens
 turba reficitur. concupiscentia
 carnalis intellegitur. quam calcare ac pre-
 mere debet omnis qui spiritualibus alimentis
 satari desiderat. Omnis enim caro foenum.
 et omnis gloria eius tanquam flos feni. Discu-
 bit ergo super foenum. ut flores feni con-
 terat. id est castiget corpus suum et serui-
 tuti subiciat. uoluntatem carnis edomet.
 luxurie fluxa restringat. Quisquis panis
 uiui suauitate reficit quisquis superne gratie
 dapibus renouari amat. ne infima ue-
 rustate deficiat euacuet. Quinque milia
 uiri qui manducauerunt perfectionem
 eorum qui uerbo uite reficiuntur in-
 sinuant. uirorum quippe nomine solent
 inscripturis perfectiores quinque figurari.
 quos femina mollities nulla corrup-
 quales cupit esse. eos quibus dicit apostolus. Vi-
 gilate. stete infide. uiriliter agite. et
 confortamini. Millenarius autem nu-
 merus. ultra quam nulla nostra conpunctio
 succrescit plenitudinem rerum. de quibus
 agitur indicare consuevit. Quinario
 uero numero quinque notissimi nostri cor-
 poris sensus exprimuntur. uisus uide-
 licet. auditus. olfactus. gustus et tactus.
 In quibus singulis quinque uiriliter agere
 et confortari satagunt sobrie et iuste
 et pie uiuendo. ut celesti sapientie me-
 reantur dulcedine recreari. Huiusmodi
 quinque milibus uirorum quos dominus mystici
 dapibus satiavit figurantur. Nec preter-
 eundem quod refecturus multitudinem
 gratias egit. egit quippe gratias. ut et nos
 de perceptis celitus muneribus gratias sepe
 agere doceret. et quantum de nostris perfec-
 tionibus gratuletur de nostra spirituali refectioe
 gaudeat intinere. Uultus et enim nosse
 fratris quantum nostrae congaudeat saluti.
 narrat euangelista lucas dedisse cum
 discipulis potestatem calcandi super omne
 uirtutem inimici eorum quae non scripta
 indicasse in celis. et statim inferre. imple-

tibus et reuelasti ei parua
 qua saluti acuite fidelium congratu-
 lentur. qui patrem gratias agendo colla-
 udat. quod etiam superbentibus abscondit.
 humilibus spiritu secreta reuelauerit. Quod
 autem saturata multitudinem iussit di-
 scipulos colligere quae superauerant
 fragmenta ne perirent. Hoc perfecto signat
 quia plerumque sunt archana diuinarum
 eloquiorum quae uulgi sensus non capit.
 nonnulla quae per se quidem minus doc-
 ti assequi nequeunt. sed ad doctoribus
 exposita mox intellegere queunt.
 Hoc ergo necesse est ut qui ualent dili-
 gentius scrutando colligant. et ad
 eruditionem minorum suo uel dicto uel
 scripto faciant peruenire. ne alimenta
 uerbulorum desidia perirent. plebique
 tollantur. quibus dominus donante inter-
 pretando colligere norunt. Colligerent
 ergo inquit et impleuerunt duodecim
 cophinos fragmentorum. Quia duo dena-
 rio numero solet perfectionis cuiuslibet
 summa figurari. recte per duodecim co-
 phinos fragmentorum. plenos omnis die-
 torum spiritualium chorus exprimitur. Qui
 obscura scripturarum. quae per se turbe
 nequeunt. et meditando colligere. et
 meditati et mandata litteris suo pa-
 riter et turbarum usui conseruare iuben-
 tur. Hoc ipsi fecerunt apostoli et euangeliste
 non pauca legis et prophetarum dicta my-
 stica suis interpretatione addita inse-
 rendo opusculis. Hoc sequaces eorum
 ecclesie toto orbe magistri etiam integro
 nonnulli utriusque testamenti libros
 indigentiori explanatione discuti-
 endo. qui quia uis hominibus despecti
 celestibus tamen gratiae sunt pane fecundi.
 Nam seruilia cophinis solent opera fieri.
 unde de populo qui in luto a lateribus
 seruebat in egypto. Dicit psalmista.
 Manus eius in cophino seruerunt.
 Illi ergo homines cum uidissent quod
 fecerat signum dicebant. quia hic est uere
 propheta qui uenturus est in mundum.
 Recte quidem dicebant dominum prophetam